Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Affectus Virtutum Theologicarum [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

Affectus Virtutum Theologicarum. 25.

Affectus fidei. Credo Domine, credo. Tu adiuva incredulitatem meam. Suggerit alia Mundus, caro dæmon: id non credo. Verbum tuum manet in æternum. Pro hoc exige à me Domine ſangui=nem, exige ſpiritum. Ecce paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Mille gladijs, ignibus, rotis exhibeo hoc corpus, ut tua ſtet illæſa veritas. Quis me ſeparabit ab hac veritate? Certus ſum, quòd nec gladij, nec cruces, nec tela, nec ignes, nec infero=rum tormenta me poterunt ab ea ſeparare. Tua Veritas, Deus

2°. fallere non potest. Tua Sapientia falli non valet. Tu dixisti: Satis hoc mihi est pro omni ratione humanâ, ut etiam sanguine subscribam.

<u>Affectus Spei.</u> Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? habes bonitatem Dei, et Misericordiam paratam quæ vult. Habes Omnipotentiam assistentem, quæ potest opitulari, et merita Christi, quæ pro te apud æternum Patrem perorant. Projice te ergò anima mea in brachia Misericordiæ et Omnipotentiæ Dei. Quàm nihil potes ex te, tam omnia potes in eo, qui te confortat.

In te Domine ſperavi: et 27.
quis Mundi impetus, quæ
carnis illecebra, quæ dæmo=
num aſtutia prævalebit?
non, ut confundar in æternum.
In te Domine ſperavi: quod
vitium non extirpabo?
quam virtutem tuâ gratiâ non
aſſequar? Ps. Dicant omnia
oſſa mea, tu es Spes mea,
Deus meus in æternum. Si Deus
pro me, quis contra me?
Si exurgant adverſùm me
caſtra, non timebit cor meum.
Si conſurgat adverſùm me
prælium, in hoc ego ſperabo,
quia ſcit infinitâ Sapientiâ
poteſt infinita Omnipotentiâ,
vult infinitâ bonitate mihi
auxiliari.

28.

Actus Charitatis. Domine tu ſcis
quia amo te: quoniam tu
ſolus bonus, tu ſolus Sanctus,
tu ſolus dignus omnium Crea=
turarum amore: Supplete
vos ô! ardentes Cherubim.
Tu ardentior Cherubinis Virgo,
quidquid deeſt amori meo. Ô!
vivam! ô! moriar amore tui!
Moriar potiùs, quam te non
amem.

Domine, quid mihi eſt in coelo?
et à te quid volui ſuper terram?
tu ſolus Deus cordis mei, et
pars mea Deus in æternum.
Diligam te Domine, non quia
mihi beneficus, aut Remunerator
liberaliſsimus, ſed quia in te ipſo
es ſumma et infinita Bonitas

Sola et una super omnia amabilis.
Moriar Domine hôc momentô,
quô te amo, priusquam succedat
aliud, quô te non amem.

Exigis à me cor meum Domine.
ô si mille, ô si infinita haberem!
Omnia tui Unius Amore occupare?
Vis amorem operibus experiri?
Confunde me, contunde me, contere
me, in infernum demerge me,
non dimittam te. ꝫc.

Ah serò te amavi Pulchritudo
mea tam nova, et tam
antiqua: serò te amavi.
Sed neqꝫ nunc te amo, ut
debeo, neqꝫ nunc te amo, ut
amare te desidero. Infinities,
infinities te amare vellem,

30. eoq͡z amore, si fieri poſset, quô
te ipſum amas; quia hic ſolus
Amor tuam amabilitatem
æquat. ſſ.

Actus Subiectionis. Deprimo sub
pedes Dei mei me viliſsimam
Creaturam, indigniſsimam, quam
suis sub pedibus dignetur Jesus
meus. Conculcent me damnati
omnes, quorum supergreſsus sum
iniquitates. ſſ.

Actus accuſationis. Fateor, et ut
reum me accuso, quòd te
summum et inæstimabile
bonum, ac infinitam Bonitatem
et Dignitatem tuam vilipende=
rim, et infinita merita tua
quasi conculcaverim. Ô Cæcitas